

## *Concordia*

### **1. A proposito della costruzione del tempio della *Concordia* nel 121 a.C.**

«Un atto di discordia elevò un tempio alla Concordia» (Plut. *C. Gracch.* 17.6)

### **2. Le *Filippiche*: lo “slogan” della concordia**

#### **2.1 *Concordia* come amnistia in *Phil.* 1**

In quo templo, quantum in me fuit, ieci fundamenta pacis Atheniensiumque renouauit uetus exemplum; Graecum etiam uerbum usurpaui, quo tum in sedandis discordiis usa erat ciuitas illa, atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui.

#### **2.2 *Concordia* come opera di pacificazione**

*Phil.* 1,23

Quae quidem ego, patres conscripti, qui illa numquam probauit, tamen ita conseruanda concordiae causa arbitratus sum, ut non modo, quas uiuus leges Caesar tulisset, infirmandas hoc tempore non puterem, sed ne illas quidem, quas post mortem Caesaris prolatas esse et fixas videtis.

*Phil.* 10,8

At hunc iis ipsis ludorum diebus uidebam in insula clarissimi adulescentis, Luculli, propinquai sui, nihil nisi de pace et concordia ciuium cogitantem.

*Phil.* 13,2

Cinna si concordiam cum Octavio confirmare uoluisset, hominum in re publica sanitas remanere potuisset.

*Phil.* 13,10

Saluis enim actis Caesaris, quae concordiae causa defendimus, Pompeio sua domus patebit, eamque non minoris, quam emit Antonius, redimet, redimet, inquam, Cn. Pompei domum filius.

#### **2.3 *Concordia* come sintonia tra gli uomini delle istituzioni**

*Phil.* 3,2

Quod confido equidem consules designatos, simul ut magistratum inierint, esse facturos; sunt enim optimo animo, summo consilio, singulari concordia.

*Phil.* 3,36

Ad ea enim praesidia, quae habemus, iam accendent consules summa prudentia, uirtute, concordia multos menses de populi Romani libertate commentati atque meditati.

## 2.4 Concordia e altri valori vs discordia e altri disvalori

*Phil. 5,40-41*

Cum a M. Lepido imperatore, pontifice maximo, saepe numero res publica et bene et feliciter gesta sit populusque Romanus intellexerit ei dominatum regium maxime displicere, cumque eius opera, uirtute, consilio singularique clementia et mansuetudine bellum acerbissimum ciuile sit restinctum, [41] Sextusque Pompeius, Gnei filius, Magnus huius ordinis auctoritate ab armis discesserit et a M. Lepido imperatore, pontifice maximo, summa senatus populique Romani uoluntate ciuitati restitutus sit, senatum populumque Romanum pro maximis plurimisque in rem publicam M. Lepidi meritis magnam spem in eius uirtute, auctoritate, felicitate reponere otii, pacis, concordiae, libertatis, eiusque in rem publicam meritorum senatum populumque Romanum memorem fore, eique statuam equestrem inauratam in rostris, aut quo alio loco in foro uellet, ex huius ordinis sententia statui placere.

*Phil. 11,36*

Ego uero istos otii, concordiae, legum, iudiciorum, libertatis inimicos tantum abest ut ornam, ut effici non possit, quin eos tam oderim, quam rem publicam diligo.

*Phil. 13,1*

Dulce enim etiam nomen est pacis, res uero ipsa cum iucunda, tum salutaris. Nam nec priuatos focos nec publicas leges uidetur nec libertatis iura cara habere, quem discordiae, quem caedes ciuium, quem bellum ciuile delectat, eumque ex numero hominum eiciendum, ex finibus humanae naturae exterminandum puto.

## 2.5 Concordia significa “tutti contro Antonio”

*Phil. 4,14*

Ac maioribus quidem uestri, Quirites, cum eo hoste res erat, qui haberet rem publicam, curiam, aerarium, consensum et concordiam ciuium, rationem aliquam, si ita res tulisset, pacis et foederis; hic uester hostis uestram rem publicam oppugnat, ipse habet nullam; senatum, id est orbis terrae consilium, delere gestit, ipse consilium publicum nullum habet; aerarium uestrum exhausit, suum non habet; nam concordiam civium qui habere potest, nullam cum habet civitatem? pacis vero quae potest esse cum eo ratio, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla?

*Phil. 7,23*

Quae potest esse maior discordia? In discordia autem pax ciuilis esse nullo pacto potest.

*Phil. 7,25*

Omnia uidebitis, patres conscripti, nisi prospicitis, plena odiorum, plena discordiarum, ex quibus oriuntur bella ciuilia.

*Phil. 8,8*

Hoc bellum quintum ciuile geritur (atque omnia in nostram aetatem inciderunt) primum non modo non in dissensione et discordia ciuium, sed in maxima consensione incredibilique concordia. Omnes idem uolunt, idem defendunt, idem sentiunt. Cum omnes dico, eos excipio, quos nemo ciuitate dignos putat. Quae est igitur in medio belli causa posita? Nos deorum immortalium templa, nos muros, nos domicilia sedesque populi Romani, aras, focos, sepulchra maiorum, nos leges, iudicia, libertatem, coniuges, liberos, patriam defendimus; contra M. Antonius id molitur, id pugnat, ut haec omnia perturbet, euertat, praedam rei publicae causam belli putet, fortunas nostras partim dissupet, partim disperiat parricidis.

### 3. La propaganda triumvirale (42-40 a.C.)

#### 3.1 Slogan e contraddizioni:

RRC 494/10, 494/11, 494/12 (42 a.C.)



<http://numismatics.org/crro/id/rrc-494.10>, <http://numismatics.org/crro/id/rrc-494.11>, <http://numismatics.org/crro/id/rrc-494.12>

«Ma i più assennati erano sconvolti al pensiero che mentre molti Stati afflitti dalla guerra civile erano stati salvati dalla concordia [*homonoiai*] delle parti, in questo caso la discordia tra i *leader* aveva all'inizio portato rovina, e la loro concordia [*homonoiai*] aveva avuto conseguenze così rovinose [in riferimento alle proscrizioni]». (App. *B Civ.* 4.3.14)

#### 3.2 Gli accordi di Brindisi

CIL X 5159

M(arcus) Papius M(arci) f(ilius) L(ucius) Matrius L(uci) f(ilius) / duoviri i(ure) d(icundo) / signum Concordiae ex c(onscriptorum) c(onsulto) restituendum / coeraverunt eidemq(ue) dedicarunt / et basim gradum aram sua pecunia / facienda coer(averunt) eidemq(ue) probaver(unt) / a(nte) d(iem) IIII {E}Id(us) Oct(obres) Cn(aeo) Domit(io) C(aio) Asinio co(n)s(ulibus)

RRC 529/4 (39 a.C.)



Url canonico: <http://numismatics.org/crro/id/rrc-529.4>

#### **4. Le *Bucoliche*: la speranza della *concordia***

##### **4.1 *concordia* cosmica e *concordia* ‘terrestre’: *ecl. 4***

vv. 11-17

Teque adeo decus hoc aeui, te consule, inibit,  
Pollio, et incipient magni procedere menses  
Te duce, si qua manent sceleris uestigia nostri,  
irrita perpetua soluent formidine terras.  
ille deum uitam accipiet diuisque uidebit  
permixtos heroas et ipse uidebitur illis,  
pacatumque reget patriis uirtutibus orbem.

vv. 12-13

ipsae lacte domum referent distenta capellae  
ubera, nec magnos metuent armenta leones;  
ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

vv. 46-52

“Talia saecla” suis dixerunt “currite” fusis  
concordes stabili fatorum numine Parcae.  
aggredere o magnos (aderit iam tempus) honores,  
cara deum suboles, magnum Iouis incrementum!  
aspice conuexo nutantem pondere mundum,  
terrasque tractusque maris caelumque profundum.  
aspice uenturo laetentur ut omnia saeclo!

Naev. fr. 1 T.: *novem Iovis concordes filiae sorores* (cfr. Hes. *Theog.* 60); Catull. 64.334-336: *nulla domus umquam tales contexit amores... qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo*

##### **4.2 Il nuovo nume tutelare della *concordia*: il Dafni di *ecl. 5***

vv. 58-61

ergo alacris siluas et cetera rura uoluptas  
Panaque pastoresque tenet Dryadasque puellas.  
Nec lupus insidias pecori, nec retia ceruis  
ulla dolum meditantur: amat bonus otia Daphnis.

cfr. Hom. *Il.* 22.262-266

Non ci sono patti tra leoni e uomini,  
non hanno cuori concordi [*homophrona*] i lupi e gli agnelli,  
senza tregua sono nemici gli uni e gli altri:  
così tra me e te non ci può essere amicizia (trad. G. Paduano)

Su *amare*: Ov. *am.* 3.10.17 *quamvis agros amet illa feraces* (a proposito di Cerere); Ov. *met.* 14.627: [Pomona, nda] *rus amat et ramos felicia poma ferentes*

Su *otia*: *pax atque otium* (Plaut. *Amph.* 209); *pax externa vs otium domesticum* (Cic. *leg. agr.* 2.9); [rivolgendosi a Clodio] *cum tibi salus esse in otio nulla potest* (Cic. *dom.* 13); *quoniam illi arti in bello ac seditione locus est, huic in pace atque otio* (Cic. *p. red. ad Quir.* 20)

vv. 72-73, 79-80

cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon;  
saltantis Satyros imitabitur Alphesiboeus...  
Vt Baccho Cererique, tibi sic uota quotannis  
agricolae facient: damnabis tu quoque uotis.

Il monito di *ecl.* 1 (vv. 71-72):

*En quo discordia civis / produxit miseros: his nos consevimus agros!*

## 5. Sallustio: la concordia dei tempi antichi e le *discordiae* recenti

### 5.1 La *concordia* dei tempi antichi

*Cat.* 6,2

Hi postquam in una moenia conuenere, dispari genere, dissimili lingua, alii alio more uiuentes, incredibile memoratu est, quam facile coaluerint: ita breui multitudo dispersa atque uaga concordia ciuitas facta erat.

*Cat.* 9,1-2

Igitur domi militiaeque boni mores colebantur; concordia maxuma, minuma auaritia erat; ius bonumque apud eos non legibus magis quam natura ualebat. 2 Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant, ciues cum ciuibus de uirtute certabant.

*Iug.* 10,6

Equidem ego uobis regnum trado firmum, si boni eritis, sin mali, inbecillum. Nam concordia paruae res crescunt, discordia maxima dilabuntur.

*hist.* 1,9-10, *passim*

Res Romana plurimum imperio ualuit Ser. Sulpicio et M. Marcello consulibus, omni Gallia cis Rhenum atque inter mare nostrum atque Occanum, nisi qua a paludibus inuia fuit, perdomita. Optimis autem moribus et maxima concordia egit inter secundum atque postremum bellum Carthaginense.

At discordia et auaritia atque ambitio et cetera secundis rebus oriri sueta mala post Carthaginis excidium maxime aucta sunt. [...] . Discordiarum et certaminis utrimque finis fuit secundum bellum Punicum.

## 5.2 Le *discordiae* recenti

*Cat. 5, I*

L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna ui et animi et corporis, sed ingenio malo prauoque. 2 Huic ab adulescentia bella intestina, caedes, rapinae, discordia ciuilis grata fuere ibique iuuentutem suam exercuit.

*Iug. 31,24*

Nam fidei quidem aut concordiae quae spes est? Dominari illi uolunt, vos liberi esse; facere illi iniurias, uos prohibere; postremo sociis nostris ueluti hostibus, hostibus pro sociis utuntur. Potestne in tam diuersis mentibus pax aut amicitia esse?

*Hist. 1,48,24 (oratio Lepidi)*

Nisi forte specie concordiae et pacis, quae sceleri et parricidio suo nomina indidit [il soggetto è Silla].

*Hist. 1,67,13-15 (oratio Philippi)*

Et quae considerate quam conuorsa rerum natura sit; antea malum publicum occulte, auxilia palam instruebantur et eo boni malos facile anteibant: nunc pax et concordia disturbantur palam, defenduntur occulte; quibus illa placent in armis sunt, uos in metu. Quid expectatis? Nisi forte pudet aut piget recte facere. [14] An Lepidi mandata animos mouere? Qui placere ait sua cuique reddi et aliena tenet, belli iura rescindi, cum ipse armis cogat, ciuitatem confirmari, quibus ademptam negat, concordiae gratis tribuniciam potestatem restitui, ex qua omnes discordiae accensae. [15] Pessume omnium atque impudentissime, tibine egestas ciuium et luctus curae sunt? Cui nihil est domi nisi armis partum aut per iniuriam! Alterum consulatum petis, quasi primum reddideris, bello concordiam quaeris quo parta disturbatur, nostri proditor, istis infidus, hostis omnium bonorum! Ut te neque hominum neque deorum pudet, quos per fidem aut periurio uiolasti!

*Hist. 3,34,17 (oratio Macri)*

Neque ego uos ultum iniurias hortor, magis uti requiem cupiatis; neque discordias, ut illi criminantur, sed earum finem uolens iure gentium res repeto; et, si pertinaciter retinebunt, non arma neque secessionem, tantummodo ne amplius sanguinem uostrum praebatis censebo.

## 6. Gli *Epodi*: la *concordia* impossibile

**6.1 La *discordia* ‘strutturale’: *epod. 7***

vv. 11-12, 17-20

Neque hic lupis mos nec fuit leonibus

umquam nisi in dispar feris....

Sic est: acerba fata Romanos agunt

scelusque fraternali necis,

ut inmerentis fluxit in terram Remi

sacer nepotibus cruor.

Lucr. 3.70-73 *sanguine civili rem conflant divitiasque / conduplicant avidi, caedem caede accumulantes; / crudeles gaudent in tristi funere fratri / et consanguineum mensas odere timentque.*

## 6.2 Dalla parte giusta della storia? Il caso di *epod. 4*

Lupis et agnis quanta sortito obtigit,

tecum mihi discordia est,

Hibericis peruste funibus latus

et crura dura compede.

Licet superbus ambules pecunia,

fortuna non mutat genus.

Videsne, sacram metiente te uiam

cum bis trium ulnarum toga,

ut ora uertat huc et huc euntium

liberrima indignatio?

“Sectus flagellis hic triumuiralibus

praeconis ad fastidium

arat Falerni mille fundi iugera

et Appiam mannis terit

sedilibusque magnus in primis eques

Othono contempto sedet.

Quid attinet tot ora nauium graui

rostrata duci pondere

contra latrones atque seruilem manum

hoc, hoc tribuno militum?”